

animis earum rerum jucundissimâ meditatione sese excedendi, quantaluncumque occasione dedisse. Porro ejus rei sacrum sit symbolum, quod Rahab intra suos parietes continere debet, quos salvos cupit, audiat lector ex D. Cypriano, cum ad Magnum scribit. Et rursus cum adversus Novatianum tractat de simplicitate Prælatorum. Ego enim, etsi sic sentiam, nullam anagogam, quæ salutarem doctrinam explicet, animosque nostros secum in cœlum sublevet, esse repudiandam, etiamsi longiusculè petita atque accessita, pro sacrorum verborum notatione, videri possit; cum meminerim Pau-

CAPUT III.

1. Igitur Josue de nocte consurgens movit castra, egredientesque de Setim venerunt ad Jordanem ipse et omnes filii Israel, et morati sunt ibi tres dies.

2. Quibus evolutis transierunt præcones per castrorum medium,

3. Et clamare cœperunt: Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri et sacerdotes stirpis leviticæ portantes eam, vos quoque consurgite et sequimini præcedentes;

4. Sique inter vos et arcam spatium cubitorum duum millium (1), ut procul videre possitis, et nôsse per quam viam ingrediamini, quia prius non ambulastis per eam; et cavete ne appropinquetis ad arcam.

5. Dixitque Josue ad populum: Sanctificamini, cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.

6. Et ait ad sacerdotes: Tollite arcam fœderis, et præcedite populum. Qui jussa complentes tulerunt, et ambulaverunt ante eos.

7. Dixitque Dominus ad Josue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, ut sciatur quod sicut cum Moyse fui, ita et tecum sim.

8. Tu autem præcipe sacerdotibus qui

(1) Duo cubitorum millia ferè idem sunt ac undecim kilometri. — Ex hoc loco inducunt Pharisæi die sabbato cæterisque festis nemini licere longius a domicilio suo progredi quam duo cubitorum millia. Quod si verò longius progredi sit necessarium en effugium quod

lum dicere: Omnia ea quæ Israelitis olim exenerunt, typos fuisse, easque adumbrasse res, quibus hæc postrema mundi ætas, hoc est, אורח חיים, et Christi regnum institueretur ad salutem; et simul quædam cum ex Mose ad certas doctrinæ christianæ partes, scitè, atque ad eò divinè accommodare, quas tamen illa minimè adumbrasse aliqui existimes; etsi, inquam, sic sentiam, tamen constitutum habeo, anagogas, quoad ejus facere possum, parcissimè tractare, conscius et mihi et ipsi meæ mediocritatis ingenii, et plerisque doctis hoc seculo sui ipsorum fastidii, si paululum à sacris verbis digrediarè.

CHAPITRE III.

1. Josué étant donc levé avant le jour de-campa avec toute l'armée; et étant sorti de Sétim, lui et tous les enfants d'Israël, ils vinrent jusqu'au Jourdain, où ils demeurèrent trois jours.

2. Après ce temps expiré, les hérauts passèrent par le milieu du camp,

3. Et crièrent: Quand vous verrez marcher l'arche de l'alliance du Seigneur votre Dieu, et les prêtres de la race de Lévi qui la porteront, levez-vous aussi vous autres et marchez après eux, mais de loin, par le respect que vous devez avoir pour le Seigneur.

4. Et ainsi qu'il y ait entre vous et l'arche un espace de deux mille coudées, et non davantage, afin que vous puissiez la voir de loin, et connaître le chemin par où vous irez, parce que vous n'y avez jamais passé; et prenez garde de vous approcher de l'arche, de peur que vous ne mouriez.

5. Josué avait dit au peuple: Sanctifiez-vous, et préparez-vous à recevoir de nouvelles faveurs du Seigneur, car le Seigneur fera demain des choses merveilleuses parmi vous.

6. Et il dit aux prêtres: Prenez l'arche de l'alliance, et marchez devant le peuple. Ils firent ce qu'il avait commandé, et ayant pris l'arche ils marchèrent devant eux;

7. Car le Seigneur avait dit à Josué: Je commencerai aujourd'hui de vous élever devant tout Israël par de nouveaux prodiges, afin qu'ils sachent que je suis avec vous, comme j'ai été avec Moïse.

8. Donnez donc cet ordre aux prêtres qui nous Rabbinis suppédant: Pridè frustum panis in viâ, duobus cubitorum millibus à domicilio, deponendum: sic in eo ipso loco domicilium esse censetur, et circumcirea duo cubitorum millia peragrare fas est salvâ conscientia (Drach, loco cit.).

portant arcam fœderis, et dic eis: Cum ingressi fueritis partem aquæ Jordanis, state in eâ.

9. Dixitque Josue ad filios Israel: Accedite huc, et audite verbum Domini Dei vestri.

10. Et rursùm: In hoc, inquit, scitis quod Dominus Deus vivens in medio vestri est, et disperdet in conspectu vestro Chananeum et Hethæum, Hævæum et Pherezæum, Gergesæum quoque et Jebuseum et Amorrhæum.

11. Ecce arca fœderis Domini omnis terræ antecedit vos per Jordanem.

12. Parate duodecim viros de tribubus Israel, singulos per singulas tribus.

13. Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes qui portant arcam Domini Dei universæ terræ; in aquis Jordanis, aquæ quæ inferiores sunt decurrunt atque deficiunt; quæ autem de super veniunt in unâ mole consistent.

14. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis ut transiret Jordanem, et sacerdotes qui portabant arcam fœderis pergebant ante eum.

15. Ingressisque eis Jordanem, et pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Jordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleverat),

16. Steterunt aquæ descendentes in loco uno, et ad instar montis intumescens apprebant procul, ab urbe quæ vocatur Adom usque ad locum Sarthan; quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis (quod nunc vocatur Mortuum), descendenter, usquequò omnino deficerent.

17. Populus autem incedebat contra Jericho; et sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini stabant super siccam humum in medio Jordanis, accincti; omnisque populus per arentem alveum transibat.

portent l'arche de l'alliance, et dites-ur: Lorsque vous serez au milieu de l'eau du Jourdain, qui s'ouvrira dès que vous y aurez mis le pied, arrêtez-vous là.

9. Alors Josué dit aux enfants d'Israël: Approchez-vous, et écoutez la parole du Seigneur votre Dieu.

10. Puis il ajouta: Vous reconnaîtrez à ceci que le Seigneur, le Dieu vivant, est au milieu de vous, et qu'il exterminera à vos yeux les Chananéens, les Héthéens, les Hévéens, les Phérezéens, les Gergéséens, les Jébuséens et les Amorrhéens.

11. C'est que l'arche de l'alliance du Seigneur de toute la terre marchera devant vous au travers du Jourdain, et vous le passerez à pied sec.

12. Or, pour conserver la mémoire de ce miracle que Dieu fera en votre faveur, tenez prêts douze hommes des douze tribus d'Israël, un de chaque tribu, qui feront ce que je vous marquerai dans la suite.

13. Et lorsque les prêtres qui portent l'arche du Seigneur, le Dieu de toute la terre, auront mis le pied dans les eaux du Jourdain, les eaux d'en bas s'écouleront et laisseront le fleuve à sec; et celles qui viennent d'en haut s'arrêteront et demeureront toutes suspendues.

14. Le peuple sortit donc de ses tentes pour passer le Jourdain, et les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance marchaient devant lui.

15. Et aussitôt que ces prêtres furent entrés dans le Jourdain, et que l'eau commença de mouiller leurs pieds (or c'était au temps de la moisson des orges, auquel le Jourdain regorge par-dessus ses bords),

16. Les eaux qui venaient d'en haut s'arrêtaient en un même lieu, et s'élevaient comme une montagne, elles paraissaient de loin, depuis la ville qui s'appelle Adom jusqu'au lieu nommé Sarthan; mais les eaux d'en bas s'écoulaient dans la mer du désert, qui est appelée maintenant la mer Morte, jusqu'à ce qu'il n'en restât point du tout.

17. Cependant le peuple marchait vis-à-vis de Jéricho, et les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance du Seigneur se tenaient toujours au même état sur la terre sèche, au milieu du Jourdain, et tout le peuple passait au travers du canal, qui était à sec.

4. Igitur surrexit Josua diluculo, profectique sunt à Sittim, et pervenerunt ad Jordanem, cum ille, tum omnes filii Israel, ibique pernoctarunt priusquam trajicerent. — 2. Post finem verò tridui transibant monitores per medium exercitum. — 3. Et mandabant populo, dicendo : Cum videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, et sacerdotes Levitas portantes eam, vos discedetis de loco vestro, et sequemini ipsam. — 4. Sed esto intervallum inter vos et inter illam, circiter bis mille cubitorum, in mensura. Ne appropinquetis ad illam, quò sciatis viam eam, quæ est iuri. Neque enim ivistis illà vià ab heri et nudius tertius. — 5. Dixerat autem Josua ad populum : Expiate vos. Nam eras faciet Dominus in medio vestri res admirabiles. — 6. At itaque Josua ad sacerdotes, dicens : Tollite arcam fœderis, et præite populo. Illi verò tollebant arcam fœderis, et præcedebant populum. — 7. Porrò Dominus dixerat ad Josuam : Hoc ipso die incipiam te magnificare in oculis universi Israelis, ut sciant me tecum esse, sicut fui cum Mose. — 8. Tu verò imperato sacerdotibus hajulis arce fœderis dicens : Ubi veneritis usque ad extremitatem aquarum Jordanis, in Jordane subsistite. — 9. Dixeratque Josua ad filios Israelis : Accedite horsum, et audite verba Domini Dei vestri. — 10. Et dixerat Josua : Per hoc cognoscetis, quòd vivat Deus fortis in medio vestri, et expellendo expulsurus sit è vestro conspectu Chanaanos, et Hethæos, et Hevæos, et Pherezæos, et Gergesæos, et Amorhæos, et Jebusæos. — 11. En arca fœderis, Dominus universæ terræ præit vobis in Jordane. — 12. Nunc ergo legite vobis duodecim viros, è tribubus Israel, singulos ex quaque tribu. — 13. Et futurum est, ut simul atque quieverint plantæ pedum sacerdotum gestantium arcam Domini, dominatoris universæ terræ, in aquis Jordanis, aquæ Jordanis excendantur, aquæ ex supero descendentes, et subsistant acervo uno. — 14. Factum itaque est, dum discederet populus è tentoriis suis, ad transmittendum Jordanem, et sacerdotes hajuli arce fœderis ante mare planitie, tracta ab Adam urbe, exstante ad latus Sathlan. Quæ verò descendebat versus mare planitie, mare Salis, absumerentur, excinderentur. Trajiciebat autem populus è regione Jerichantis. — 17. Itaque sacerdotes hajuli arce fœderis Domini stabant in siccò, intra Jordanem parando, et omnes Israelitæ transibant per siccum, donec fiverit siccus omnis gens trajicere Jordanem.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — IGITUR JOSUA SURREXIT DILUCULO, etc. Ex hujus versiculi parte postremâ apparet, noctem modò unam esse transactam apud Jordanem, ante trajectionem. Nam Latinus, quod ipse sentiret, non quod esset in Hebræo, expressisse videtur. Fuit ergo, ut ego certè opinor, dies iste, novus mensis nisan, sive primi, hoc est, illius nuper præfiniti tridui postremus, cujus dubiâ adhuc luce cum surrexisset imperator, castra è Sittim promovit ad Jordanem, sexaginta stadiorum spatio, teste Josepho, ut postridiè, id est, finito triduo illo, populum omnem transperreret in Chananæam. Existimant quidam RR. David Kimhi, et Levi F. Gersonis, exploratores, pridè hujus diei, hoc est, octavo die nisan, revenisse ad imperatorem, preceptaque exposuisse : et his animatum eum surrexisse postridiè benè manè; nimirum, quia ipsa narrationis series, si capitibus superioribus postremos duos spectes versiculos, hunc sensum præ se ferre videtur. Verum, ut ante est à nobis explicatum atque etiã Josephi testimonio comprobatum, nihil vetat dicere, illos ante reversos fuisse, quàm imperator per suos appa-

ritores populum trajectionis præmoneret ad triduum; atque cum Rubenitis, Gaditis et Manassensibus seorsim, de trajicendo unâ cum fratribus ageret. Sed sunt ista prolixè à nobis disputata capite superiore.

Cur autem illud כבכך diluculo, interpretatus sit Latinus, de nocte, non satis intelligo. Certum est enim, כבך, lucem significare, sed primam diei; à, כבך, querendi verbo, ut voluit Hebræi, sicut ערב, extremam, atque à vicinâ nocte caliginosam. Significat ergo illud, non noctem, sed matutinum crepusculum, ut hoc, vespertinum; quibus duobus temporibus, illo quidem domo prodeundum esse, hoc verò domum revertendum, moment veteres Hebræi in commentario Mechilta, multis ex sacra historia propositis exemplis; adduntque illud : Et surrexit diluculo, quia de patriarchis, prophetisque, Abrahamo, Jacobo, Mose, Josuâ, Samuele, aliis sanctis viris scriptum exstat, qui actiones suas omnes secundùm Dei voluntatem instituerunt, confici argumento à minore ad majus, reliquis mortalibus idem esse faciendum; et talium virorum exemplo suum quem-

que torporem ad virtutum officia obeunda debere discutere, præsertim qui publicæ rei prouocationem habent. Sic illi. Certè mirificam illis verbis proponi nobis Josuæ vigilantiam, dubium non est; atque ostendi, magis cum actuosâ, quàm imperiosâ sollicitudine populares in officio continuisse, neque minis exemplo, quàm jussibus imperatorem egisse. Surrexit ergo ipse diluculo, ut nemini suorum excusationem ignavia ullam faceret reliquam. Quippe imperator præstantissimus somno utebatur, non ad corporis voluptatem, sed ad naturæ necessitatem; cuique non parebat ipse, sed per vite actiones imperabat. Dispiciebat enim nocte, quæ factò opus forent cum dies esset, suosque non mollitie, sed tolerantia excellebat.

Porrò illud, Ibi pernoctarunt, posset quidem etiam reddi, ibi manserunt. Sic enim sunt interpretati Septuag. Nam verbum נָח, ferè illud est, quod Græci καταδουον, dicunt; verum quia est ubi præcisè pro pernoctare positum est, in sacris litteris et hic unius modò noctis moram significare videntur illa quæ adduntur verba, priusquam trajicerent, volui ego pernoctandi verbo hanc sententiam representare. Moneo autem ista, ut intelligat lector, Latini translationem, etsi is, de suo, tridui mentionem addiderit, non temerè, quasi absurdam prorsus, esse repudiandam : quòd quidam gloriosi orientatores nimis libenter, et temerè facere solent, ut hebraicè scire videantur. Finitum jam quidem erat, inquit Levi Gersonis, illud triduum, incipientè istâ nocte, quæ ad diem mensis decimum eum pertineret, præstituta videri poterat trajectioni; verum lucem esse expectatam, inquit, moment nos ista verba : Et ibi pernoctarunt, priusquam trajicerent. Cur autem in lucem dilata sit trajectio, has ferè afferat causas : ut hoc tam insigne trajicendi miraculum, ab omnibus, tam Hebræis quàm hostibus, clarè perspectum exploratumque fieret, et illis quidem religionem pietatemque majorem adversus Deum, et reverentiam erga suum ducem Josuam; his verò pavorem vehementiorem inculceret. Tum ut vel unam noctem haberet populus ad expiandum sanctitatis cultu quoddam divinum nomen, pro felici trajectione, bellique auspicio. Denique ut ipsâ hæc expiatione permoti omnium animi attentiores essent ad considerandum expiandumque, quod factum ibatur, miraculum. Hæc ille. Sanè si per tenebras transpositus in Chananæam fuisset populus, præterquam quòd nemini satis

perspecta fuisset siccitè luminis ratio, et consistens aquarum incredibilis moles, illa quæa furtiva, et præ hostis metu tenebris tecta trajectio, non dubium quin plurimorum animos consternasset. Semel autem in motu mentis posita multitudo, mirum quàm difficiliter sedetur, confirmeturque rursus.

VERS. 2, 3. — POST FINEM VERÒ TRIDUI TRANSIBANT MONITORES, etc. Latinus de eo triduo diei ista existimavit, quòd post mota à Sittim castra, ad ripam fluminis sit tritum; nos verò, qui putamus hic unius modò noctis moram ad trajiciendum esse interpositam, dicimus, de illo agi triduo, capius facta mentio est versiculo 11 superioris capituli; de quo satis prolixè disputatum à nobis illic est, ut de verbo, שָׁרִיר, quòd interpretatur monitores. Cæterum narrationis ordo admodum perturbatus, meo certè judicio, est hoc loco. Nam est verosimillimum, quæ à versu 7 ad 14 usque narratur, ea omnia esse acta priusquam ista edicta, quæ versiculus 3 et 4 continent, promulgarentur. Dico credibile esse, Josuam primitum à Deo certiore esse factum de transmittendi fluminis ratione; id quòd versu 7 et 8 explicatur; deinde verò ipsum, quàm à Deo acceperat tractatâ rationem, eam populo patefuisse, ut memorare videntur versiculi 9, 10, 11, 12 et 13; ac tum demùm esse populo edictum, ut simul atque videnter præferri sibi arcam, sequerentur, ut habet versiculus 3 et 4. Moxque jussos esse sacerdotes, sublâtâ arcâ, præire populo, quòd versiculus 6 narrat. Atque deinceps eam succedere narrationem, quæ vers. 14 inchoatur. Nam versiculus 5, non ad hunc decimum diem mensis nisan, quo trajicitur in Chananæam, sed ad nonum, hoc est, hesternum, pertinere, ipsis sacris verbis explicata res est. Si quis tamen contendat, neque sacerdotibus præituris, neque subsécutorum populo, imò verò ne imperatori quidem ipsi, nisi tum demùm, ubi omnes ad trajiciendum in prociactu consistissent, patefactum à Deo esse inusitatum illum, quo transiuri essent, modum, sed expectatione mirandi eventus, in tantâ omnium rerum non difficultate modò, sed planâ desperatione; si res humanas spectes, suspensos omnium simul animos, solâ Dei fiducia sese sustentasse, et promissis, equidem non repugnabo; sed vehementer laudabæ præclarâ fidei constantiam in populo, præut fuerat majorum ejus mira, atque adeò detestabilis diffidentia, sub Mose. Eam enim fidem esse sanctissimam, quæ prodigiosissima est quæque verbis Dei habetur,

is, quæ quod prorsus fieri non posse videtur, id tamen aut fieri, aut fore posse dicunt, et ipsa nostra salus Jesus Christus docuit, cum ambiguum Thomæ fidem castigaret; et D. Paulus, ut memorabile illud Abraham, aliorumque sanctissimorum hominum exempla omittam. Atque utinam hoc nostro seculo nulli infinitam Dei potentiam cum eo quod ipsis sua dicitur humana ratiocinatio, contenderent; neque nimio plus quam oportuit curiosè inquirerent, qui fieri possint ea, quæ ipse Dei Filius fieri disertè atque explicatè pronuntiavit; imò verò sceleratè audaciæ, fieri ea posse negarent. Sed revocetur oratio ad sacra verba, unde hæc declinavit, arcam vocari fœderis certum est, à lapideis duobus tabulis Dei digito scriptis, quæ fœdus, quo sibi ille populum apud montem Sinæum obligarat, continebant: eæ enim tabulæ in illâ capsâ servabantur.

Et quia hoc fœdus interdum appellatur testimonium, hoc est, *תעוד*, quippe quod testimonium voluntatis divinæ sempiternam contineat; ipsa etiam arca, testimonii arca esse nominata sapè. Cæterum epitheta illa, *Domini Dei vestri*, idè adjecta sunt, ut venerationem arca majorem habeat apud populum, eoque lubentius is illam sequatur. Est enim ac si Deum ipsum præsentem, viamque aperientem ostendant; quippe ille ex hoc suo sacrario tam perspicuè suam sapè præsentiam Israelitis declarare solebat, ut viri sanctissimi ipsam capsam, quasi Deum, affari non dubitaverint, sicut Moses, cum nunc promovendam alloquitur his verbis: *Surge, Jehova, hoc est, Domine Deus, et dispergantur hostes tui*, nunc reponendam istis: *Reverte, Jehova, ad myriadas militum Israelis*. Sicut David, cum piis votis optans illam aliquando in sacram aliquam ædem inferri, nominat regem gloriosum, Deum fortem, Deum validum, Deum Sabaoth. Non illi quidem, quasi à simulacrorum cultu non essent alienissimi. Ne eos quoque tanti criminis insimularet nostri *επινοήματα*, sed ut præsentissimum Dei numen significarent apud arcam esse, eaque re populi animis religionem offerrent majorem, qui cum Deum in solo versari celo faciliè statuit, ibique tanquam otiosum obambulare, nec per tantum intervallum, et quasi ex caligine, ut ait Job, judicare res humanas, aut etiam cernere; neque ullam ad illic pietatem adhibet. Neque aliqua regione à quovis scelere atque maleficio impeditur. Sed cur ad capsam illam voluerit Deus à superiore illâ Ecclesiâ præstò semper esse existimari

magis, quam aliis in locis quibusvis, non obscuræ sunt rationes. Primum enim volat ipse fœderis à se scripti custos videri, quod in illâ servabatur. Magnam enim auctoritatem et pondus id ei legi adjungebat, cujus observationi perpetuam Israelitis dare operam jusserat. Ad hoc, cum mirifica semper esset Hebræorum propensio ad idolorum cultum, more cæterarum nationum, instituit ille hoc veluti sanctum illis fanum, apud quod externo, ut vocant, cultu religionem exercerent, et divinam potentiam præsentissimam experirentur; unde est illud Mosis: *Quæ enim gens ultra magna est, quæ habeat deos sibi tam præsentem, quam est Dominus Deus noster (nobis) quoties ipsum invocamus?* Itaque hæc veluti sacrâ sædè populum electum prorsus à gentium cæterarum omnium multifariæ et nefariæ religionis communione secrevit, averitque, et simul ut ne ipse inter se diversis colendi Dei ritibus scinderetur, sed uniter eandem religionem retineret coleretque, effecit, cum ad hoc unicum sacrarium, è quo solo, tanquam suo operto, responsa dare, et potentie sue signa potissimum patefacere volebat, omnium spem bonam, quasi affixam, retineret: non quidem tanquam arca ipsa aut beneficii, aut damni dandi facultate polleret, aut per se venerationem illam ipsa haberet, cum ex quâ esset composita materiè testatum consignatumque ante sacris litteris esset; sed ut se Deum, tanquam qui inibi præstò semper esset, illic præcipuè adirent; illic cultus, honores, preces ipsi ritè adhiberent. Habet enim profectò mortalium animus, tantisper dum hoc terrenum corpus ei celestium rerum veluti caliginem ofundit, opus illiuscemodi aspectabilibus adminiculis, et cæremoniis externi, ut appellant, cultis, quibus subinde admonitis, atque etiam adjutus, se et facilius, et studio majore in celum vertat; atque vel ipsa permotus pompâ, Dei verbum, et sacramenta majore cum reverentiâ observet, penitusque in eâ suam aciem intendat. Denique, quia in priore illâ mosaicâ Ecclesiâ, quæ agebantur, pleræque omnia typi erant; eaque adumbrabant, quæ in hæc christianâ sunt deinde re ipsa expressa; idè benignissimus Deus suæ divinitatis præsentiam luculentissimam in illa voluit patefacere capsâ, ut eâ re nobis personam unigenitii filii sui Jesu Christi, quam culturi essemus novâ lege, quadamtenus representaret. In hæc enim habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ut ait divus Paulus. Hæc de arca

ed sum pæceus hoc loco longius, quia crebra ejus erit mentio. Cæterum accuratissimam ejus fabricationem explicavit Moses in Exodo, unde peti faciliè potest.

Quod sequitur in ordine sacrorum verborum: *Et sacerdotes Levitas*, ut Septuag., ita et Chaldaus copulâ interpositâ legit, *et sacerdotes, et Levitas*; verum haud rectè, ni fallor. Haerent enim inter se illa nomina, eâ verborum compositione, quam grammatici appositionem vocant, rectèque expressit sententiam Latinus, cum diceret: *Sacerdotes stirpis leviticæ*. Erant quidem sacerdotes nulli, nisi Levitæ: verum quadragies quinque modò in sacrâ Scripturâ hoc adjectivo esse appellatos sacerdotes observatum est in libro, quem Genesis magnam vocari diximus. Fuerat quidem Cahatitibus hoc munus assignatum, ut arcam bajularent; ii verò non erant sacerdotes, sed Levitæ solum. Verum propter miraculi magnificentiam et pompam quod factum ibatur, non Cahatitibus, sed Aaronitibus, hoc est, sacerdotibus, hoc jam onus imponitur, quod ter omninò esse diversis locis temporibusque factum, annotârunt Talmudici in Suta, dum de uxore ad alienum virum divertente disceptant: hic, et in oppugnandâ Jerichunte, et in reportandâ à Davide, Abalonen fugiente, in urbem arca; sed R. David Kimhi quartum addit, quando in exadificatam, et jam dedicandam ædem Salomonis illa inferrebat: civitate Davidis. Illud porrò, *Sequimini ipsam*, non satis consideratè Latinus videtur interpretatus esse, *Sequimini precedentes*. Non enim sacerdotes, sed arcam sequi jubebatur populus, nimirum quæ, ut dixi, Christum adumbrabat. Quanquam enim sacerdotes sint administri verbi, et sacrorum Dei mysteriorum interpretes, tamen haudquaquam in illos ipsos, sed in munus quod sustinent, est nobis intendendus animus. Cæterum Talmudici, quo nuper dicebam loco, observârunt etiam, longè diversum in promovendo exercitu ordinem nunc, atque ante, institui. Nam adhuc, vivo certè Mose, columna nubes de die, ignis de nocte itineris duces fuere populo: arca verò mediam occupavit aciem, in locum recepta tutissimum. At nunc, imperante Josuâ, hæc, nube remotâ, omnibus præit; nempe non jam obrantibus per invium, senticosum, inhospitale desertum, sed rectè se in promissam patriam inferentibus. Postquam enim populus Dei, ut paucis eam, quæ se ipsa offert, *ἀναγορεύω* explicem, diù multumque in horridâ duris præceptis lege mosaicâ obræssæt, neque ad

caliginosum et fumo multo mixtum illud nubis lumen, quod sacri vates subinde præferabant, satis certam salutis viam, quâ in caelestem patriam evaderet, invenire potuisse: tandem vera illa arca Jehovæ, hoc est, Jesus Christus, et homo, et Deus, discussâ caligine, populum suum ipse ducere, atque iter certissimum per baptisimæ sacri Jordanem non solum communestrare, sed facere dignatus est. Meminerimus igitur, hæc nos quoque arcam perpetuis animi nostri oculis observare, et vite actione, quoad certè possumus, sequi debere. Neque fas esse, ut aliò spectemus, aut alia ad beatissimam illam terram compendia, vel alios duces, queramus. Nam simul atque illa nostræ mentis obtutum non amplius rexit, in summâ via vite ignoratione ut versenur necesse est, verendumque ne max rapidis squarum vorticibus, hoc est, hujus mundi procellis implicari, pronò cursu in mare Mortuum deferamur. Sed ista haecenus. Mandatur ergo, in summâ, hoc versiculo, ut populus omnis, cum viderit arcam à sacerdotibus, è mediis castris, ubi quiescebat, auferri, atque gestârî ad flumen versus, relicta illic tigris, se quisque ad iter comparet, illamque suo ordine locoque sequatur; nemo verò præcedat, ut ante fieri solebat per desertum, cum divise tribus, alia præire, subsequi alia jussæ essent, ut scriptum est in Numeris.

VERS. 4. — SED ESTO INTERVALLUM INTER VOS, ET INTER ILLAM, etc. Unica erat populo illi Hebræo transeundi in terram promissam ratio, si eam tenerent viam, quam sacra arca ostendisset, quamque ipsa illis aperisset, et prævisset. Nobis quoque una sola ratio constat in caelestem patriam nostram evadendi, si arce nostræ Jesu Christi, in quo habitat absoluta divinitas corporaliter, ut ait Paulus, insistamus. Frustra illi, nec sine certo suo exitio, vel propriâ natandi peritiâ, vel portioris alicujus operâ freti, transiltere flumen fuissent conati. Frustra nos, et perniciosè, vel nostræ, vel aliorum hominum justitiæ plus quam oportuit confidentes, neque unius Christi justitiæ omni fiduciâ pertinaciter inherentes, hujus vite undis superatis, in beatam illam videntium terram evadere studebimus. Illos imperatoris efflicium longo intervallo à præeunte arca sejungebat; nos nostræ carnis infirmitas multo longius abesse à Christi vestigiis, quæ sequimur, facit. Sed ista haecenus.

Ad sacra verba quod attinet, videtur hoc præscripsisse imperator duorum circiter mil-

lium cubitorum intervallum, ut ne quis se in fluminis alveum inferret, priusquam arca ad ripam usque adversam, per medium fluvium, translata, vadum universum, quâ futurus erat transitus, exsiccasset, iterque patefactum oculis omnium subiecisset, ne quis temerè aliâ contenderet: hoc enim, præterquam quòd omnium animos à viâ recte liberabat errore, ipsis etiam miraculum istud maximum, quòd omnibus fiduciam certissimam de præsentia, atque potentia Dei afferre debebat, evidentiùs, perspicuè magis faciebat, cum ante oculos aquas superiores incredibili mole pedetentim suspendi, quatenus sacerdotum humeris portata progrediebatur in alveo arca; inferiores verò continuo delabi, vadumque siccum relinquere, viderent, priusquam aliorum hominum quisquam aut pedem intulisset, aut machinam ullam admovisset. Nam circiter duorum millium cubitorum spatio patuisse tunc redundantis fluminis latitudinem, bona conjectura, etiam ex eorum hominum relatione, qui nostro seculo illa loca videre, potest capi. Ceterum de eo agi intervallo potissimum, quo arca in ipso alveo eos præcessisse debebat, qui ex ordine proximi subsequebantur, est à R. Davide Kimhi rectè annotatum, atque ipsa quoque dicat castrorum ratio, quæ in fluminis jam ripâ facta cum essent, arcam non nisi trans flumen sequi poterant. Sed enim, non fuerit fortassè insulsum planè atque ineptum, dicere, circiter bis mille cubita, quæ præstituntur à Josuâ, adumbrare annos circiter bis mille, quorum intervallo ille tum populus à verâ divinitatis arcâ Jesu Christo aberat. Sed ad institutum. Litteram *capitulum*, in verbo, כַּאֲשֶׁר, nos circiter sumus interpretati. Septuag. et Latini, quasi certam definiat mensuram, accepisse videntur; sed illa ejus magis propria notio est, et probabile est, non tam definitè spatium illud præscribi potuisse, quòd oculorum modò conjecturâ, non cubitis erat metiendum. Ceterum illud כַּבָּרָד, in mensurâ, videtur et Septuag. et Latini, ut supervacaneum, præterisse, nisi illos ejus loco legisse putemus, כַּבָּרָד, cum reddant, *certitudo*, quamquam fieri certè potest, ut hoc de suo addiderint, ut sæpè alia solent, rerum explicandarum gratiâ.

Equidem facere non possum, ut hic non prodam veterum Hebræorum commentationem, quam ipsis iniecit demonstrationis pronomen, in verbo, כַּבָּרָד, per vocalem eam, quæ pluralis est numeri, scriptum. Quòd enim nos convertimus, inter illam, si pronominis vocalem in-

spicias, dicendum erit, inter illas. Commentati sunt igitur illi, duas fuisse arcas, unâ antecedentes: alteram divinitatis, alteram Josephi. Equidem putarem Josephi arcam hic vocari ab eis, loculos, quibus condita Josephi ossa ex Ægypto asportabantur in Chanaanem, ut in sacra istius historie extremo dicitur. Verum quia non solùm stultitia, sed etiam impietas fuerit, eos loculos, ex æquo cum Dei sacratio, hoc est, divinitatis arcâ, ut illi appellant, incedentes facere, suspicor commentum hoc illi geminum planè esse, quo duos Messias fecerit; Davidis filium victoriosum alterum, alterum Josephi, occidendum ab hoste. Nimirum vel imprudentes ex sacris litteris docti, Messiam et Deum, et hominem fore: diximus enim, sacram arcam, Christi prosus typum fuisse. Eum autem Josephi esse filium existimabant Judæi. Ceterum vetus traditio, quam כַּבָּרָד appellant, bis omnino in universâ Scripturâ sacrâ, verbum hoc כַּבָּרָד, litteris quidem quæ numerum singularem, sed vocalibus quæ pluralem præ se ferunt, esse scriptum, prodidit: id quod in aliis quoque verbis sæpè factum in sacra historia videmus, cum de Deo agitur, ut apud Oseam 12: *Et contumeliam ipsius reddet ipsi Domini sui, pro Dominus eius.* Et apud Isaiam: *Sic ait Jehovah effectoris tui, pro effector tuus.* Et apud eundem: *Quia heri tui factores tui, pro herus tuus factor tuus.* Sed sunt hujusmodi tam multa, ut supervacaneum sit omnia persequi. Quæ ego haud temerè sic esse scripta arbitror, quando nullus apex frustra positus est in divinis litteris; sed partim ad sacrosanctam Trinitatem, alia ad duplicem Christi naturam spectare. Sequitur in ordine verborum: *Ut sciatis viam eam, quâ estis ituri.* Nimirum longo promissa terre desiderio incensi omnes et incitati, studio admirabili alius alium antevertere conati fuissent, ægrèque passi sacerdotes decoro inaccessu cum arcâ præcedere. Nunc autem patefactam ante viam, et perspicuè videre, et ex ordine tenere omnes potuerunt. Illud porro, *Ab heri et nudius tertius*, idem est ac si dicas, *pridem*, aut *nuper*. Chaldeus plerumque convertit, *ad heri et ante*. Planè nimirum est græco illi homerico geminum, *χθροστε και παρωτα*, quo vates utitur de plurium etiam annorum tempore cum ait: *Χθροστε και παρωτα εις Αδρια νηε λεγαον Ηρακλειδου*; jam tum enim novem circiter annos circumsederat Trojam Græci, cum ea verba faceret Ulysses. Et nescio an non alludant ista nostra verba, ad illud iter, quòd per exsiccatum mare Rubrum fecerant Isra-

lite, ante annos quadraginta, q. d.: Neque enim per exsiccata divinitus aquarum vada nuper ambulastis. Multi enim etiamnum superstites erant, qui mare illud transierant. Nam perniciës illa, et labes ex rebellio nata, ad eos non pertinuit qui minores annis viginti erant; neque, ut multorum est opinio, ad Levitas.

VERS. 5. — DIXERAT AUTEM JOSUA AD POPULUM: EXPIATE VOS, etc. Monebamus nuper, ista ad diem nonum mensis nisan pertinere, quo die populum imperator, motis castris è Sitim, ad Jordanem duxerat. Ideòque reddidi verbum per præteritum, ut vocant, plus quam perfectum. Memorantur autem ista hoc loco, ut intelligamus ad hanc trajectionem Israelitas purè, castè, religiose processisse. Nam, ut hoc admirandum Dei opus interrupti fluminis apud eos eorumque posteros in perpetuum justam haberet et reverentiam, et celebritatem, necesse erat illius modi expiatione, atque apparitione sanctimonie, omnium animos ad religiosam mirationem ante informari. Admiratio enim quò est vehementior, eò majora diuturnioraque rerum, quas admiramur, vestigia animis nostris imprimit. Nam quæ res simpliciter et usitatè, ac minime insignitè fiunt, gerunturque ita, ut in ipsis mens nullâ cogitatione insitât, aut moretur, earum rerum aut nullam retinemus memoriam, aut certè non diuturnam. Pridè igitur quàm trajiciendum esset, edixerat imperator, ut quisque per sanctitatis exercitium sese expiaret, quia Deus esset potestridè facturus rem admirabilem. Nimirum ut dum animos suos variis cogitationibus inusitata trajectionis, quam expectabant, pertrectarent, ipsos quàm maximè acuerent, atque intentissimos efficerent, ad Dei machinationem percipiendam, et perceptam aternâ delinde memoriâ conservandam. Præterea, ut eâ novi et insignis miraculi sollicitâ expectatione, et meditatione mentes ipsorum majore adversus Deum religione tangerentur, dum secum ipsi reputarent illius immensam et insuperabilem potentiam facultatemque suæ juvandi, vindicandique, et omnino mortalium res omnes divino suo imperio moderandi. Talium enim rerum persuasio, fidelis species est, quæ animos hominum, ut sic dicam, sanctificat, comparatque, ut in ipsis charitas Dei per Spiritum sanctum infundatur, atque inde bonis operibus fecundi fiant illi, et Dei sociorumque suorum amantes. Quapropter neque inepta est Chaldei sententia, qui, ut alibi, ita hic, verbum, וְתַקְדְּשׁוּ, interpretatus est: *Comparete vos, nimirum ad*

trajectionem, per operum et potentie Dei piam religiosamque meditationem. Atque hæc, ut ego certè existimo, sunt causæ, cur dum magni quippiam et inusitati patratum aut à Deo, aut coram Deo, itur, sanctitas atque expiatio ferè edicatori populo, quibus hæc vel præcipua rectè addatur. Cum ipsa nos nostra vitiosa natura quotidie peccatis sordidet, admonendi sumus, ut culpas nostras vitæ sanctimoniam expiemus, præsertim quoties rebus divinis danda nobis opera est. Earum enim capax animus, nisi purus sanctusque esse non potest.

Loquitur quidem lex vetus, ut videtur, de corporis castimoniam modò. Sed hoc intelligi oportet, cum multum animo corpori præstet, observeturque ut casto corpore ad Deum adeatur, multò esse in animis id servandum magis. Nam corporis labes vel aspersio aquæ, vel tempore tollitur, animi verò nec diuturnitate vanescit, nec manibus elui potest. Ceterum istas expiationes, aut, ut vocant, sanctificationes, credibile est iis modis fieri consuevisse, qui in Exodo præscribebantur, cum legem suam promulgatum iret è monte Sinaeo Deus, hoc est, vestis lotionè, et secubitu. Nam in sacra aquæ aspersione, qui ritus alibi sanctus est, certo dierum spatio esse opus: hic autem una sola nox interponi ad trajiciendum potuit. Vestis autem lotio, ea procul dubio, apertè satis significabat universum animi habitum et cultum debere purum esse, ejus qui coram Deo vellet apparere. Secubitus verò, res sacras et divinas esse ejusmodi, ut totum sibi hominis animum mancipatum, atque in se defixum esse postulent. Sunt quidem qui Chaldei, quam dixi, translationem, non ad religionem spectare putent, sed ad vasorum collectionem, ut trajecturi parata expeditaque omnia habeant; atqui hunc sensum aperte refellit, quæ subjungitur expiationis causa: nempe rei gerendæ magnitudo et admirabilitas, non autem ipsa trajectio. Porro an ista ad populum, cum promulgaret imperator, simul admirabilem illum futuræ trajectionis modum ipsis significârit, aut etiam ipse noverit, non satis certa res est. Nos autem supra nonnihil de illo disseruimus, et plura dicendi locus erit ad versiculum 7.

VERS. 6. — AIT ITAQUE JOSUA AD SACERDOTES DICENS: TOLLITE ARCAM, etc. Diximus nuper, videri nobis hunc versiculum hærere versiculo 4, narrationis filo. Nempe cum monitus esset populus arcam observare, quam essent prælati sacerdotes, tum hi jussi sunt eam tollere,

populoque præire. Hanc ergo narrationis consequentiam ut aliquâ ratione declararem, reddidi copulam, per causalem voculam, *itaque*. Cæterum populo præire se debere, monendi idèo erant sacerdotes, quod adhuc in medio agmine processerint. Consuetus enim ordo, ut dixi, jam mutatur, cum, nisi Deo præeunte, qui solus hanc viam potest mortalibus aperire, nemo omnium in beatam illam terram penetrare possit. Sed enim magnam profectò et admirabilem fuisse sacerdotum fidem, quam Deo habebant, necesse est, qui nihil cunctantes, aut tergiversantes, Dei potentia et promissis freti, intrepidè se ad vastum, plenissimoque alveo redundantem fluvium conferunt cum arcâ, pedesque in aquas inferunt, quæ tum demum cedere cœperunt, cum essent calcata. Sed de his mox plura.

Illud, et præcedebant populum, sic est accipiendum, quòd arcam è mediis castris protulerint ad Jordanis ripam, aquasque primi pedibus attingerint, et transmitterint alveum. Neque enim potuit ab illis duci populus versus flumen, cum castra pridè ad ipsum flumen posita fuisse, supra dictum sit.

Sed non levis questio, neque ab his temporibus aliena, moveri hoc loco potest: quo jure Josua, cum sacerdos non esset, sed populi imperator, sacerdotibus imperaverit, ut arcam populo præferrent, ut in Jordane insisterent, ut ex alveo in terram denique ascenderent. Contra enim, ritus isti sacri à sacerdotibus institui debuisse videntur. Et, cum horum tantò præcellentiore sit dignitas imperatoris dignitate, quantò præstantius est munus divinarum rerum, quam humanarum procuratio functioque, eorum ipsum jussa expectare et capessere, non illis jubere æquum fuisse, meritò existimet aliquis. Sed nos ista longius persequi, quam præsentis loci ratio postulat, non constituimus; tum quæ ab illiusmodi argumentis prolixè tractandis abstinere semel nobis est decretum, tum quòd nostræ non esse mediocritatis agnoscamus, ut in talibus concertationum plenissimis disputationibus iudices in partem alterutram sedeamus. Igitur quod ad præsens Josuæ in sacerdotes imperium attinet, aperta res est, non tam Josuæ id esse, quam ipsius Dei, cujus diserta jussa, ut versiculus 8 patefaciet, ille hic exsequitur. Nefas enim profectò alioqui fuisset, eam, quæ ante à Deo fuerat portandæ arcæ præscripta ratio, ipsum suâ auctoritate mutare, aut etiam in eâ ceremoniâ, cujus nullum erat ad rempublicam rectè ge-

rendam, quam ille habebat procuratorem, momentum, quippiam sacerdotibus prescribere, quod non esset expresso Dei verbo, aut sacrosanctæ Ecclesiæ bono usui consentaneum. At verò, si sacerdotes, vel sacris legibus, vel usu sancitum approbatumque colendi Dei ritum, et sacra, aut negligenter, aut non ritè faciant, aut etiam violent, aut denique improbis actionibus reipublicæ statum conturbent, lædantve, non alienum esse à profani principis munere, ipsos sui officii admonere, atque etiam si opus sit, ab eo quod improbrè faciunt, suo imperio frenare, videtur sacrum litterarum testimonio atque exemplis conlici posse. Cæteroque utros alteris præmonstratores veliti esse, luculenter testatum reliquit Deus, cum et imperator Josua, et universæ Israelitarum multitudini, tanquam loquentem legem daret pontifex Eleazarus, à quo in omnibus suis illi penderent actionibus. Quanquam non est, quòd ob id sese nimium jactent pontifices, cum ea modò Eleazarus illis prescribere debuerit, quæ ipse, consulto Dei oraculo, fieri oportere percepisset: hoc est, quæ, ut sanctissimus interpres verbi atque consilii divini, intellexisset, ad observandam religionem, pietatemque colendam, atque ad felicem reip. statum, communemque Ecclesiæ salutem necessaria esse, non autem quæ ipsi sua animi affectatò dictavisset. Cæterum quantà amplissimæ dignitatis auctoritatisque moderatione usus sit imperator Josua, quamque se nihil in tantâ potestate extulerit, vel inde conjicias, quòd etsi disertissimis explicatissimisque Dei oraculis profutum esset, ipsum esse ducturum Israelitas in terram optatissimam, in eaque re summâ, et immortalis gloria esse posita videretur, tamen ille nusquam antecessionis honorem captasse memoretur, sed ut unus è multis sacram arcam subsecutus sit. Quis ergo possit existimare, illum in Dei sacerdotis imperium arrogantiùs exercuisse?

VERS. 7. — PORRO DOMINUS DIXERAT AD JOSUAM: HOC IPSE DIE INCIPIAM TE, ET, HÆC DEI AD IMPERATOREM VERBA ESSE DIE DECIMO FACTA, nemo dubitaverit, qui modò versiculus 14 sequentis capitis cum his contulerit. Nondum tamen vel populus prælatam arcam observare, vel sacerdotes eam populo præferre jussi fuerant. Cæterum ista honoris dignitatisque amplitudo, haudquaquam Josuæ ambitionis fructus esse est existimanda. Fuit enim ille vir omnium modestissimus, ut neque Pauli servie-

bat ambitioni curatio pedum Lystrii hominis, etsi divinos illi honores pareret. Sed ut quæ modò subijcitur causa, et quæ explicatius etiam versu 14 scripta habetur, patefacit, pertinent ista ad parentium obedientiam, atque obsequium: sine quo obsequio nihil efficere potest vel maxima cujusquam imperatoris virtus, et industria; verissimè enim apud Xenophontem Chrystantas dixit, τὸ πῶτα καὶ μέγιστον εἶναι ἀρχόντι τὸ καταπαύειν τὴν ἀγάθην, καὶ εἰς τὸ διασωθεῖν, hoc est, nihil esse præstantius ad res magnas aut patrandas, aut conservandas, subjectorum obedientiâ atque observantiâ. Nihil autem est quod homines efficiat suis principibus obsequentiore, quam si ipsos intelligant se esse meliores, atque ad ea prospicienda, procurandaque, quæ sint salutaria, prudentiores. Quoromodò autem ille imperator non omnium optimus atque prudentissimus existimetur, cui Deus in rebus omnibus præstò adesse perspicuè cernitur? Eò igitur spectat ista amplificatio, ut comparetur imperatori præclara, et sancta apud suos cives existimatio. Quippe quem intelligant, à Deo veluti in sinu gestari, et continuò alio atque alio dignitatis suæ fructu cumulari; bona verò existimatio reverentiam obsequiumque pariat. Etenim similiter Deus, quos novâ lege latâ, populi sui magistros ad Evangelii doctrinam propagandam esse voluit, eis optimam existimationem per varia miracula concillavit: et per ostenta declaravit, muneris, cui illos proposuisset, veritatem atque constantiam, ut in Actis Apostolorum est perscriptum. Et cum unigenæ filii sui mandata et imperium nobis quam commendatissima efficere vellet, tum Spiritu sancto corporatâ specie demisso, tum cœlesti voce testificabatur, eum esse filium suum charissimum, quò mirificè delectaretur. Nimirum admirabili bonitatis, atque amoris abundantia benignissimus Pater noster Deus gratuita sua beneficia, ut nobis fractuosa sint, talibus modis efficere conatur. Cæterum loqui videtur hic Deus de exsiccano redundantis fluminis alveo, quasi in gratiam imperatoris id faciat. Planè enim eadem ratione Mosen ante amplificaverat, populi duces nuper factum, exsiccatò maris Rubri sinu. Quanquam libenter opinor, arcam etiam modo illum à Deo in populi oculis angustiorum esse redditum, similiter atque Homerus suam Ulysses fingit, à propitiâ Palæade, formosâ et illustri, ac propè divinâ specie subinde esse informatum; qui etiam reges alios quodam majestatis splendore à divino nu-

mine decorari existimat, cum sic scribit: οὐρανὸς γὰρ βασίλειός ἐστι τὸ τοῦ κείνου ἰδμεν. Nam et suos sic sacerdotes se despicias apud populum reddere velle ait Deus apud Malachiam, cum minatur, se stercore festorum conspersurum facies ipsorum. Hoc enim profectò occultam aliquam efficiendi contemptus rationem significat. Fuerat quidem Josua pridem, atque etiamnum vivo Mose, magnis honoribus divinisque donis auctus à Deo, ut cum simul cum Mose propalâm è nube tabernaculo circumfusâ ipsum alloqueretur, cum Moses hujus jussa ipsum manu impositâ consecraret, suæ gloriæ participem faceret, spiritu sapientiæ imbueret. Verum si ipsam imperii functionem spectes, jam nunc primùm admirabilis illius transvectionis gloria cohonestatur à Deo. Quare illud rectè dictum est: *Incipiam te magnum facere*. Posthæc enim non solum sapientiæ, atque amicitie Dei gloriâ, verum aliis atque aliis imperiis, et amplitudinibus suæ fructibus continuò amplificatus ab illo, florebit. Porro illud, ut sciam me tecum esse interpretatur Chaldeus: *Ut sciant sicut verbum meum fuit auxilium Masi, ita verbum meum esse, auxilium tibi*. Cujus interpretationis explicatò à nobis supra est ratio.

VERS. 8. — TU VERÒ IMPERATO SACERDOTOBUS BAJULIS ARCÆ FODERIS, ET. AUDIVIS VERSU 6 JOSUAM SACERDOTOBUS IMPERANTEM, UT ARCAM PRÆFERRENT POPULO: jam igitur, ut intelligamus, eum id, non ostentatione imperii gloriosâ, sed magnâ ratione fecisse, explicatur, quò auctoritate, quaque fiducia eis illud imperaverit. Est autem existimandum, plenè hic Deum edocuisse rem omnem, ut esset agenda. Nam de 12 saxis, quæ ex Jordanis alveo sumi, et ad Galgala ferri voluit, mandata eum dedisse imperatori, patefaciet versiculus 8 proximi capituli; cujus tamen rei nulla apparet usquam mentio. Ad hoc, ipse imperator, inter Dei verba, quæ mox populo referet, trajectionis modum omnem explicabit. Non igitur hoc lo-vo verba Dei quæ ad imperatorem fecit, plenè perscripta sunt, sed ea modò particula, quæ præ cæteris necessaria videbatur, ut ex quâ constaret, imperatorem haudquaquam suâ, sed Dei auctoritate jussuque sacerdotibus sacre ceremoniæ modum præscripsisse; cætera verò, quæ ad narrationis flumem extendendum pertinent, ea hinc inde colligi factâ possunt. Quæ narrandi ratio sæpè sanè in utriusque Testamenti libris est servata. Porro de extremitate Jordanis, quod ait, sic puto esse accipiendum, ac si dicat: Ubi ad ripam usque ad-

versam pertigeritis, emensi totam fluminis latitudinem, tum in alveo insistite, neque evade in continentem, usque eò, dùm jussero. Nam eà arca morà cohibendus erat aquarum torsus, et suspendendus, tantisper, dùm omnes trajicerent: וַיִּסָּבֵן עֲנַם et extremitatem sive oram significat, et partem. Sed de his mox plura. Septuag. pro *וַיִּסָּבֵן, et tu, legerunt, וַיִּסָּבֵן et nunc. Ain pro Aleph.*

VERS. 9. — DIXERATQUE JOSUA AD FILIOS ISRAEL: ACCEDITE HOMINUM, etc. Eductus à Deo imperator, ut superiore versiculo vidimus, omnem rationem transponendæ multitudinis in Chananæam, è vestigio eam patefaciebat populo, atque sacerdotibus. Hactenus enim satis explorata fuerat et probata Deo omnium fidei constans modestia, quâ, etsi ab rebus omnibus ad trajiciendum essent imparatissimi, tamen neque de Dei promissis atque potentia desperaverant, neque in ejus consilium curiosè inquisiverant, sed imperatorem suum usque ad fluminis ripam obedienter secuti, adhuc expectaverant religiosè, quo tandem modo immensa Dei potestas multitudinem tam numerosam, et cujus, ut est credibile, pars longè maxima erat infirma puerorum et feminarum turba, trans rapidum et turbidum flumen, qualia sunt que novis undequaque aucta aquis redundant, in terram hostilem esset portatura. Sunt igitur ista cum versiculo secundo sic aptanda, ut cum ipsa pro concione ab imperatore exposita essent, monitores deinde per media castra edixerint illa: *Cùm videritis arcam, et que sequuntur in tertio quartoque versiculo.* Neque enim unius hominis ulla vocis contentio tanta esse potuit, quæ per amplissimam multitudinem ab omnibus exaudiretur. Nam ad concionem quod attinet, cujus hoc versu mentio est, probabile est, permissum quidem fuisse cuivis interesse, verum solos senatores, et insuper ex unâquaque tribu delectos à tribulibus viros quosdam primarios esse citatos, de quâ re infra, 7, 4. Cæterum illud *horsum*, sive huc, locum ostendit, opinor, in quo sacra arca stabat posita in medio agmine. Erat enim solemne, coetus ad tabernaculum convocare, ut nihil, nisi Deo veluti spectante et conscio, agi cum populo existimaretur. Et sanè qui in sacris concionibus verba vel faciunt, vel audiunt, deberent non minore id religione agere utrique, quàm si presentem, animosque ipsorum penitus perspicentem Deum oculis cernerent. Quod autem dicit imperator: *Verba Domini Dei vestri*, tum attentam cupidamque

facit audientiam, tum fidem concellit illis quæ dieturus est, ab auctoritate simul, et potentia, benignitateque personæ Dei. Nam si sunt verba *Domini*, hoc est, Jehovæ, et summi numinis, non possunt non esse et certissima, et de rebus auditu dignissimis. Si autem *Dei vestri*, hoc est, qui vos sibi peculiarem populum delegit adoptavitque, et qui vestri curam semper, ut benignissimus pater filiorum suorum, gessit maximam, qui que, utpote Deus, faciliè quod vobis commodum atque utile sit, prestare queat, fieri non potest, quin sint, in hæc omnium rerum summâ difficultate, vestri: que tantâ sollicitudine, omnis consolationis plenissima, et planè rebus vestris peropportuna. Cæterum, quod ea quæ divino allatu intellexit, aut ex sacro edita oraculo percepit, tam planè Deo, ut debet, adscribit; non autem quasi profecta ex sui animi perspicacitate atque prudentiâ, jactat, id animi ejus in summâ potestate moderationem singulariter commendat, nobisque exemplo esse debet, ne propter abundantiorum Dei adversus nos benignitatem, nosmet efferamus, aliisque præferamus, sed candidè, quidquid est, quo cæteros mortales excellimus, illi acceptum referamus, nostræ laudi non assumamus.

VERS. 10. — PER HOC COGNOSCEtis, QUOD VIVAT DEUS FORTIS IN MEDIO VESTRA, etc. Jam his quatuor deinceps versiculis exponit Josua Dei consilium in transponendo populo, quod ab illo percepit; sed capita duntaxat narrationis commemorata sunt sacris verbis, ut nuper quoque factum ostendimus. Pronomen *hoc* demonstrat id, quod parè versibus 11 et 13 indicatur miraculum, q. d.: Ex hoc tam admirabili ostento, quo vestrà causâ modo Deus ipsam rerum naturam, cæteroque perceptuam, fixam, stabilem, commutabit, intelligere potestis perspicè, ipsum omnipotentem vobis præstò adesse, et eum quidem vivum, hoc est, non otiosum, et veluti lentum, languidum, segrum, nihilque magnopere curantem, sed planè vegetum, acrem, intentum in omnium earum rerum procuracionem, quæ vobis utiles sunt et commode, atque ad ea omnia prestanda conficiendaque, quæ vobis antehæc sæpè est pollicitus, ut jam nulla dubitatio hæsitacione in vestris animis reliqua esse debeat, quin sit prolifigaturus ante vos eas gentes, quarum ditionem occupatum nunc pergitis. Cùm enim divinatorum miraculorum omnium, præsertim insignium et inusitatorum, ea sit vis atque efficacitas, sicut et scopus quoque, ut mentibus

hominum religionem affectant majorem, istud autem miraculum et maximum fuerit, atque admirabilissimum, et prorsus accommodatum ad summam eorum promissionum, quæ antehæc Deus Israelitis sapissimè promiserat, de obtinendâ terræ Chananææ possessione, fieri profectò non potuit, ut neque debuit etiam, quin ex ipso statim perique omnes intelligerent, Deum sibi adesse presentem, et ea jam effectum ire, quæ toties pollicitus fuerat. Sed quamvis sua cuique ratiocinatio superiores illas Dei pollicitationes cum hoc admirando opere conferenti persuadere faciliè potuit, ut ista apud suos animos sic statuerent, judicarentque, tamen cùm mirifica sit in nostris mentibus semper stupiditas, tantisper dùm carne sumus circumdati, et humi strati, ad æstimandam ex veritate divinam in nos benignitatem, seriè que consilii Dei prospiciendam observandamque, quo ille consilio nostram salutem procurat, ideò haudquaquam supervacanea fuit ista imperatoris admonitio, imò verò planè opportuna, ut excessu illo mentium torpore, omnes ex hoc tam miro faustoque auspicio certissimam animis spem conciperent, facillè adversus Chananæos, acerrimos, ut videbantur, hostes, victoriæ, non aliter atque si Deum omnipotentem illâ manu, quâ incitati fluminis aquas sublimè suspendentem visuri sunt, hostes quoque illos suos sternentem conspiciant. Nam aliquo faciliè evenire potuisset fortasse, ut in tantâ hominum turbâ, ex aliquorum perversis cogitationibus, rumores sinistri improbi que dissipati, increbrescerent, Jordanem transmittere, gentemque fortissimam adire, undequaque mari, montibus, fluminibus circumdatam, unde nullum pateret semel vietis effugium, nihil aliud esse, quàm se in potestatem hostium dedere. Qui rumores quanto subito daturi fuissent turbas, ex eâ animorum imbecillitate atque desperatione æstimare licet, quæ capite septimo memorabitur, cùm semel vel minimum quid adversi, paucis è populo apud Hai accidisset.

Sed enim videntur ista parùm esse consentanea præclaræ illi fidei, quam superioris versiculi initio tantopere laudabamus in populo. Si enim ex ipso tandem miraculo cogituri sunt, Deum à se stare, hostesque prolifigaturum esse, eliciti videtur, adhuc ipsos dubitasse. — Imò verò minimè id conficitur. Jam enim id eos reipsâ esse cogituros diei, quod adhuc solâ fide persuasum sibi habuerunt.

Deinde, potest istud de fidei augmento di-

ctum accipi. Nam pauci, opinor, nostrum, ne dicam nulli, eò perfectionis in fide progressi sumus, ut non sentiamus, vel maximos ultra progressus non continiò facere posse, si Deum ritè pergamus precari, cum Apostolis, ut fidem nobis adaugere.

Denique in numerosissimâ illâ turbâ probabile est fuisse non parùm multos, qui partim hæsitarent, alii etiam planè diffiderent, tametsi communem multitudinis disciplinam factis coterent, et fidem specie præ se ferrent. Josua autem indiscriminatim loquitur. Nam qualescumque ante fuere, certè non potuit fieri, ut hoc tanto miraculo ipsorum animus non vehementer moveretur; et qui ante planè crediderant, plurimum confirmarentur, cæteri diffidentiam cum fidentia commutarent.

Sed jam expendamus ipsa sacra verba. Illud, *cognosceitis*, ita accipi potest, quasi sit futurum modi finiti, pro mandativi, *cognoscite*, aut modi potentialis, ut vocant, *cognoscatis*. Sed ista aut nullam aut minimam afferunt ad sensuum variationem. Illa autem Dei epitheta, *Et Hai*, hoc est, omnipotens, sive fortis, et vivus, vel vivit, ad presentem locum sunt accommodatissima. Erat enim imperatori hæc oratione propositum, fidem et spem populi affirmare de victoriâ adversus septem, quæ enumerantur, gentes obtinendâ, quippe in quâ persuasione et fide, cardo omnis læti successûs vertebatur. Quæ causa est, cur id tanto studio ab omnibus, qui aliquando apud Israelitas cum imperio fuere, inculcatum ipsis sit. Etenim quotiescumque toto animo in Dei opè et presidio illi acquiescebant, ejusque et potentia et benignitate freti hostes suos invadebant, toties victoriam reportabant lætissimam; at quando suas ipsorum vires cum hostium viribus contendebant, vel turpiter cedebantur, vel fœdas perniciosasque pactiones non illis facere cogebantur, quibus deinde obstricti, paulatim à probâ religione ad cultum falsorum deorum abducebantur, eaque impietate suâ moram moliebantur, quantum in se erat, cùm cæteris omnibus lætissimis Dei promissionibus, tum generis humani etiam salutis dispensationi, victoriâ autem parari solet fortitudine; est ergo aptissimum illud epithetum, *Et, fortis, potens, pollens.* Sed quando frustra est omnis potentia, si desit prompta voluntas, atque industria, ad verbum, *Hai*, vivus, sive qui vivit (perinde enim videtur aut nomen est) quod agilem Dei industriam, atque actuosam providentiam eorumque significat, quæ semper open maturè